

Rome (avant juillet) 1600. *Franciscus, comes S. Georg  
et Blaundale  
Ep. Acque*

Prodiit liber de potestate Summi Pontificis Alexandro Carerio auctore, nomini tuo, Amplissime Cardinalis, inscriptus. Quia vero qui male agit odit lucem, publicum fugitans in latebris latitabat, ut vix tandem diu multumque a me quae situm inveniri potuerit. Repertum volumen quam diligenter quaesieram, tam avide perlegi; sed cum spe rarem librum de potestate Pontificis maximi ad Cardinalem, eumque legatum Sedis Apostolicae, scriptum totum versari in tuenda atque ornanda Summi Pontificis ordinisque amplissimi dignitate, nihil minus inveni; ut statim mirari desierim, cur liber ille conspectum hominem, quasi male sibi conscientius, tanto studio declinaret. Animadverti librum furtis, maledictis, erroribus, inscitia, barbarie, temeritate scatere. Quare, Princeps Illustrissime, ne forte gravissimis semper negotiis impeditus, libri evolvendi ocium non haberet, gratum me tibi facturum existimavi, si ea quae in hoc libro contineri dixi, brevi lucubratiuncula comprehendenderem. Sic enim intelliges, et quanti Carerii donum facere, et quam ei mercedem rependere debeas.....  
..... Quae si Carerius et Carerii similes considerarent, et sanctorum Patrum sobrietatem imitarentur, neque potestatem ecclesiasticam odiosam principibus mundi redderent, neque ineptis argumentis opiniones suas probando, dogmata catholica suspecta levitatis apud haereticos facerent, neque bella intestina cum fratribus non sine ingenti scandalo susciperent.

Haec tibi, Cardinalis optime, de Carerii libro scribenda hoc tempore existimavi, paucis quidem, ne te Reipublicae negotiis impeditum nimis gravarem, sed non ita paucis, ut ad retundendam temeritatem Carerii non sufficiat. Vale, et me tibi ex animo addictissimum, et a Deo bona omnia precantem, ama.

F. B., 31 fol. 186. Epistola apologetica Roberti Card. Bellarmini... ad Franciscum Card<sup>lem</sup> S. Clementis adversus temeritatem et errores Alexander Carerii Patavini. Autogr. - Copies diverses

*Hta epistola Auctar 416-435!*